

sanctissimā affuisse. Nā vt habet Act. i. ca. Postq̃ xps̃ ascendit reuerſi sunt discipuli in domū vbi manebāt cū mulieribz et matre iesu et fratribz ei⁹. Ista aut̃ regressio denotat q̃ in de exierāt. Refectōe aut̃ cōpleta p̃cepit eis vt in montē oliueti versus bethaniā irent. Alii qui dicūt q̃ xps̃ iuit cū eis: ex eo q̃ lucas ait. Eduxit illos foras in bethaniā. Alij vō tenent q̃ postq̃ dixit vt irent ad montē oliueti disparuit ab eis: et iterum in mōte apparuit. Erat aut̃ mōs ille fm̃ Hico. de lira extra hierusalēi vīa eundi versus bethaniā. Ibi aliz quādiu stetit xps̃ cū bñdicta m̃re et discipulis suis sic amici vālefaciētes solēt figere gradū. Ibi discipulos docuit q̃ nō erat eorū nosse tpa vel momēta q̃ p̃r posuit i sua p̃tate: cū p̃terēt. Si in illo tpe restituendū esset regnū israhel. Ibi p̃cepit eis ne discederēt a hierlm̃ q̃ usq̃ reciperēt spiritū sanctū. Ibi tandē post multa blanda et cōsolatoria vba bñdixit eis. Ne quidē p̃templari possum⁹ q̃ dñs dixisset. Dñr mea bñdicta. O genetriz suauissima. O dilecti mei discipuli. Ecce completa sunt oīa. Tps̃ ē vt reuertar ad eū q̃ me misit. Igit̃ suscipite benedictionē meā q̃ oēs cadentes in terrā adorauerūt eūz benedictionē accepta genua tenebāt in terrā defixa: aspiciēbātq̃ faciem in quā angeli desiderāt p̃spicere. At iesus ad orientē respiciēs forte in geminādo benedicta sis mater mea: bñdicti vos discipuli mei: leuatis manibz paulatim ferebat̃ in celū. O noua p̃digia. O miracula inaudita. Ille qui de virgine natus mortē tulit abiectissime crucis nō solū surrexit a mortuis et suā resurrectionē signis euidentissimis cōprobauit. Sed post hec oīa palāt hora non aut̃ credit̃ visibiliter a monte oliueti ad celos p̃gredit̃. Currite gentes vndiq̃ et adorare illū q̃ ē rex regū et dñs dominantū. Postq̃ ṽro videri ampli⁹ nō potuit regressi sunt apli et ceteri in hierlm̃ laudantes et benedicentes deum in gaudio et leticia. Amen.

Sermo vigesim⁹ de spū sancto q̃ missus est aplis in signo visibili ignearū linguarū.

Spiritus sanctus quē mitter pater in noīe meo ille vos docebit oīa. Verba sunt redemptoris nr̃i originaliter Jo. xiiij. c. et in euāgelio p̃ntis solēnitatis. Amplissimū donū hodierna die collatū fuit humano generi cū spūs sanct⁹ visibilē missus ē i aplōs fundatores militāt̃ ecclesie. Per illos enī i xpm credidit mund⁹. Per ip̃os deleta fuit penit⁹ et extincta p̃nicies idolatrie: q̃ oēs q̃si p̃p̃lo

inuoluebat: p̃ ip̃os deniq̃ vīa regni celorū mortalibz facta fuit nota. Tāta q̃ppe virtute et alto p̃diti spū sancto cooperāte fuerunt sic p̃s. refert. In oēm terrā exiuit sonus eorū. cū fructu et vilitate oīm gentiū. atq̃ in fines orbis terre verba eorū. Propterea vt tāti miraculi memores esse possimus: in p̃nti sermone de spū sancto in aplōs missi erim⁹ verba facturi: de q̃ tria p̃ponim⁹ mysteria p̃templāda. Primū dicā cognitionis.

Secundū missionis.

Terciū operationis.

Que vi nature spūs sanctus nō est cognoscibilis: sed tm̃ p̃ reuelationē. et qualiter spiri⁹ sanctus est deus p̃cedēs a patre et filio ip̃is coequalis.

Capitulū. i. **P**rimū mysteriū p̃templandū de spū sancto dñs cognitōis. In q̃ notande sūt tres theologorū veritates. Prima q̃ null⁹ viator p̃t cognoscere p̃p̃ia vi nature terciā p̃sonā in diuinis quā dicim⁹ spm̃ sanctū. Vñ Hilari⁹ in li. de tri. ait. Nō putet hō sua intelligentia sacramentū generatōis et p̃cessionis se posse cōsequi. Et Dionisi⁹ in li. de diui. no. Non est audendū dicere aliqd̃ nec cogitare de sup̃ substantiali occulta diuinitate p̃ter ea q̃ diuini⁹ nobis ex sacris eloquijs sunt exp̃ssa. Et de hoc paul⁹. i. ad Corint. ca. ij. dicit. Loquimur dei sapientiā quā nemo principū huius seculi nouit. s. phoz fm̃ glo. Secda veritas q̃ nobis reuelatū est in diuinis esse terciā p̃sonā p̃cedentē p̃ modū amoris q̃ dñs spiri⁹ sanct⁹. Nā in veteri ac in nouo testamēto fit mentio de spiritu dei. Vñ Ben. i. c. dñs. Spiritus dñi ferebat̃ sup̃ aq̃s. Et. vi. c. Nō p̃manebit spiritus meus in hoīe. Et. xli. Nunqd̃ inuenire poterim⁹ talē virū q̃ spū dei plenus sit. Et Judic. ij. ca. Fuit in eo spiritus dñi et iudicauit israel. et. xi. ca. Factus est sup̃ Bepte spūs dñi. et. i. Re. x. c. Insiluit sup̃ sanlē spiritus dñi et p̃phetauit. et ps. xxxij. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eius oīs virtus eorū. et ps. l. Spiritū sanctum tuū ne auferas a me. et ps. cxij. Mitte spiritū tuū et creabunt. Et ps. cxlij. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā. et Sapie. i. c. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū. Et. xij. ca. Dñs bon⁹ et suauis est spirit⁹ tuus in nobis. et Esa. i. ca. Requiescet sup̃ eū spūs dñi. et. xli. c. Dedi spiritū meū sup̃ eū. et. xlvij. ca. Dñs misit me et spiritus eius. et. lxi. ca. Spiritus dñi sup̃ me. et Jobelis. ij. ca. Effundā spiritū meū et dabo p̃digia in celo et in terra. Eodē ca. Effundā spiritū meū sup̃ oēm carnem et p̃phetabunt filij vestri et filie vestre.

et **Matth. i. c.** Inuenta est in vtero habens
de spiritu sancto. et. **ij. c.** Baptizabit vos spi-
ritu sancto. et. **xij. c.** Qui dixerit verbū cōtra
spiritū sanctū nō remittet ei. et. **vlti. c.** Euntes
docete gentes baptizantes in noīe patris et
filij et spiritus sancti. Et **Luc. i. c.** Spiritu
sancto replebifex vtero matris sue. eodē ca.
Spiritus sanctus supueniet in te. eodē ca.
Repleta est spiritu sancto elizabet. et. **ij. ca.**
Spiritus sanctus erat in eo. et. **ij. ca.** Descē-
dit spiritus sanctus corporali specie sicut co-
lumba in ipm. Et **Jo. xx. c.** Accipite spiritū
sanctū. et. **Actu. i. c.** Accipietis virtutē sup-
venientis spiritus sancti in vos. et. **ij. ca.** Re-
pleti sunt oēs spiritu sancto. et. **v. c.** In natio-
nes gratia spiritus sancti effusa est. et. **vi. ca.**
Elegerūt steph anū plenū fide et spiritu san-
cto. et. **vij. ca.** Imponebāt manus sup illos
et accipiebāt spiritū sanctū. Et ad **Romā.**
v. c. Charitas dei diffusa est in cordibus ve-
stris per spiritū sanctū. Et. **ij. petri. i. ca.** Spi-
ritu sancto inspirati locuti sūt sancti dei ho-
mines. Et **Johes** prime sue canonice. **v. ca.**
Tres sunt qui testimoniū dant in celo pater
verbū et spiritus sanctus. **Tercia** veritas
q̄ spiritus accipit multipliciter. Primo pro
substantia aīe. **Uñ Act. vij. c.** Dñe iesu accipe
spiritū meū. Et **ps. xxx.** In manus tuas do-
mine cōmendo spiritū meū. Secūdo accipi-
tur p vento vt ibi **Jo. ij. c.** Spirit⁹ vbi vult
spirat. Tercio p aīe vt in **ps. Ds** meū ape-
rui et attraxi spiritū. Quarto p angelo vt in
ps. Qui facis angelos tuos spiritus. Quin-
to p deo. **Jo. iij. ca.** Spūs est deus. Sexto
p tertia psona in trinitate Sed aduertendū
fm Bonauen. in pmo di. **x. q̄ spūs** in substā-
tia spirituali dī dupliciter. s. a spiritualitate.
cōtra corpulentā. Et sic substantia rōnalis
vel intellectualis aut ex potētia interior dī
spūs. Vel a spiratōe et sic amor vel affect⁹ dī-
citur spūs. Primo mō cōuenit toti trinitati:
et sic est nomē absolutū. Secūdo mō puenit
illi psonē q̄ pcedit vt amor. Spirari enī in
spiritualib⁹ est solius amoris. Et qm amor
p spirari recte et ordinate et sic est purus: vel
in directe et immunde. et sic est libidinosus.
Ideo illa psona q̄ est amor nō tm dī spūs sed
spūs sanct⁹. Nō sic fili⁹ dī sanct⁹. qz genera-
tio est mor⁹ naturalis circa quē nō attendit
sanctitas vel puritas: sic attendit circa amo-
rē volūtatis. Albert⁹ aut in ppendio theolo-
gie dicit. q̄ spūs sanct⁹ multa hz noīa. Dicit
enī spiritus a spirādo actiue eo q̄ spirer vbi
vult. Et sic cōuenit trib⁹ psonis: sed spiritui

sancto per appropriationē. Alio mō dicit spi-
ritus a spirando passiue eo q̄ spirat. Et hoc
mō ppiū est spiritui sancto q̄ pcedit p modū
spiratōis. nō solū aut dī spūs sed addit san-
ctus. qz sanct⁹ idē est q̄ mund⁹ vel firm⁹ vel
sine terra. Que cōueniunt nō solū ei quo ad
se sed in cōparatione quo ad nos. Nā p gra-
tiam spiritus sancti a peccatis mundamur.
in bono firmamur. a terrenis sepamur. In
super spūs sanct⁹ vocat nex⁹ vnitas et am-
plexus. et hoc put pparatur ad patrē et filiū.
Item dicit donū dei altissimi. qz omē donū
ab ipō fluit. Dicit fons viuus quia sitienti-
bus gratiā largitur. Dicitur ignis quia af-
fectum accendit. Dicit charitas nō solum qz
est amor patris et filij: sed qz nos amantes fa-
cit. Dicit spiritalis vnctio. qz omnes tribu-
lationes mundanas suaves facit et iocūdas
fm illud. In labore requies i estu temperies
Dicitur dextere dei digitus. qz sicut oēs cor-
porales res digito demonstrant. ita p spiritū
sanctū ostendunt res spūales oculo spiritua-
li. Dicit paraclitus. qz cōsolationes celestes
mentib⁹ instillat. Dicit magistroz optimus
quia intellectū ad cognitionē dei et sui ipius
illuminat. Et itaqz spūs sanctus vt colligit
ex dictis Augustini in li. de trini. deus ter-
cia psona in trinitate pducta a patre et filio
per modū volūtatis. Deus nāqz est summe
simplex. vt **pr. xij. metaphy.** vbi phs dicit.
q̄ deus est actus purissimus absqz aliqua cō-
positione. ergo omne qd est in deo est deus.
Et p cōsequens scientia sapientia intellect⁹
cognitio volūtas et amor dei est deus. Con-
stat autē q̄ spiritus sanctus est amor patris
ad filiū. Deus enī pater per intellectū suū
cognoscit essentiā suā esse infinite bonitatis:
ergo eque amat amore infinito. Sicut ergo
qua seipm cognoscit cognitio est filius: ita
amor q̄ seipm amat est spiritus sanctus. Sz
cōtra pdicta tres inueniunt hereticorū opi-
niones damnate. Prima fuit opinio Arrij
qui vt dicit sanctus tho. in. **iiij. summe.** tra-
gentiles **ca. xvi.** docuit filiū et spiritū sanctū
esse creaturas: filiū tamē maiore spiritu san-
cto: et filiū minore patre: quē errore quantū
ad spiritū sanctū secutus est **Macedoni⁹** q̄
de patre et filio recte sensit: q̄ vnus eiusdem
substātie sint. Sed hoc de spiritu sancto cre-
dere noluit creaturā eē cōtestans. Uñ quidā
Macedonianos semi arrianos vocat: eo q̄
cū arrianis in pte pueniūt z i pte differūt ab
eisdē. quos tm oēs quincim⁹ testimonio scri-
pturarū sanctarū: ex q̄b⁹ verissime colligim⁹

qd spūs sanctus est deus. Nā nulli templū cō-
 struit et p̄secrat nisi deo. vñ in ps̄ dicit. Dñs in
 templo sc̄to suo. S; templū deputat spiritui
 sc̄to. Dicit ei apl̄s. i. ad Corinth. vi. c. An ne
 scitis qm̄ mēbra v̄stra templū sunt spūs sancti
 qd spūs sanctus ē deus. Insup̄ p̄prehēdere oīa
 p̄funda dei nō est alicui⁹ creature: sed spūs
 sanctus p̄prehēdit oīa p̄funda dei igit̄ nō est
 creatura. dicit enī. i. ad Corinth. ij. c. Que dei
 sunt nōcōgnouit nisi spūs dei. Itē de locu-
 tus est p̄ p̄phas vñ Nume. xij. c. scribit. Si
 qd fuerit inter vos p̄pheta dñi in visione ap-
 parebo ei vel p̄ somniū loqr̄ ad illū. S; spi-
 ritus sanctus locutus ē p̄ p̄phetas: qd est deus. Nā
 Act. i. scribit. Oportz impleri scripturā quā
 p̄dixit spūs sanctus p̄ os dauid. Et. ij. ps̄. i. c.
 Spiritu sc̄to inspirati locuti sunt sancti dei
 hoies. Itē interi⁹ docere p̄p̄riū op⁹ dei est. vñ
 in ps̄. Qui docet hoīem sciam. Sed hoc est
 op⁹ spūs sc̄ti: qd est deus. Nā Jo. xij. ca. dicit.
 Paracletus autē spūs sanctus quem mittere p̄r in
 noīe meo ille vos docebit oīa. Adhuc. Quo-
 rū est eadē opatio oportet eadē esse naturā:
 est autē eadē opatio filiū et spūs sc̄ti: nā x̄ps lo-
 quit̄ in sc̄tis. Jo paul⁹. ij. ad Corinth. vlti. ca.
 dicebat. An exp̄mentū q̄ritis ei⁹ qd in melo-
 quē x̄ps. Spūs sanctus etiā loqr̄ iuxta illud
 mat. x. c. Nō enī vos estis qd loqui mini⁹ s; spi-
 ritus p̄ris v̄ri qd loquit̄ in vobis. Ergo eadē
 est natura filiū et spūs sc̄ti et p̄sequēs p̄ris.
 Ampli⁹. Esaybiq; est p̄p̄riū dei qd dicit Jere.
 xxiij. c. Celū et terrā ego impleo: hoc spiritui
 sc̄to p̄uenit. fm̄ illud Sapie. i. c. Spūs dñi
 repleuit orbē terrarū. qd est deus. Preterea Act.
 v. c. petr⁹ dixit. Anania cur tētauit sathanas
 cor tuū mētiri te spūi sc̄to. Et postea subdit.
 Nō es mentis hoīb; s; deo: qd spūs sanctus est
 deus. Paulus etiā in p̄ma ad Corinth. ca. xij.
 ita scribit. Nemo p̄r dicere dñs iesus nisi in
 spū sancto: diuisiones p̄o gratiarū sunt: idē
 autē spūs. Et diuisiones ministratiōnū sunt.
 idē autē dñs. Et diuisiones opationū sunt.
 idē p̄o de⁹ qd opat̄ oīa in oīb;. Unicuiq; autē
 dat manifestatio spūs ad vtilitatē. Alij qdē
 p̄ spm̄ dat sermo sapie. Alij autē sermo sciētie
 fm̄ eundē spm̄. Alteri fides in eodē spiritu.
 Alij gratia sanitatū in vno spiritu. alij ope-
 ratio virtutū. alij p̄phetia. alij discretio spiri-
 tuū. alij genera linguarū. alij interpretatio ser-
 monū. Nec autē oīa opatur vn⁹ atq; idē spi-
 ritus diuidēs singulis put̄ vult. In q̄bus ver-
 bis manifeste exprimit spm̄ sanctū esse deū.
 Sc̄da opinio dānata de spū sc̄to qd nō p̄ce-
 dit a filio sed a solo p̄re. Que fm̄ tho. i. p̄te. q
 xxxvi. inuēta fuit a Nestorianis vt patet in

quodā simbolo damnato ab Ephesina sino-
 do. Propterea in simbolo patrū dicit. Et in spi-
 ritū sanctū dñm et viuificantē qd ex p̄re filioq;
 p̄cedit. Athanasius etiā hoc retulit cū dixit
 Spūs sanctus a p̄re et filio nō fact⁹ nec crea-
 tus nec genit⁹ s; p̄cedēs. Idipm̄ p̄fitef̄ Ci-
 rillus in eplā sua quā sinodus calcedonēsis
 recepit. Idē fatet̄ didimus in libro de spiritu
 sc̄to. Aug⁹ etiā sic asserit sup̄ iohannē. et i li-
 bris de tri. S; greci p̄ hoc instāt. Primo qd
 x̄ps de sc̄to spū loquēs cū a p̄re p̄cedere dixit
 nulla mentione facta de filio. vñ Jo. xv. ait.
 Cū venerit paracletus quē ego mittā vobis
 a patre spiritu veritatis qd a p̄re p̄cedit. Se-
 cundo qd Iohānes Damascē. dicit. Spiritu
 sanctū ex p̄re dicim⁹ et spiritū p̄ris nomi-
 namus. Ex filio autē spm̄ nō dicim⁹: spiritū
 vero filiū noīam⁹. Tercio spūs sanctus p̄fecte
 p̄cedit a p̄re qd superflūū est qd p̄cedat a filio.
 S; ad primū rīdet̄ sanct⁹ tho. i. p̄te. q. xxxvi
 et in. iij. summe cōtra gētiles ca. xxv. Ex p̄te
 vnitatē essentie qd in scripturis de vna p̄so-
 na dicit̄ de alia oportet intelligi nisi repugnet
 p̄p̄rietati p̄sonali ipsius: etiā si dicto exclusiua
 adderet̄: licet enī dicat̄ Mat. xi. c. Nemo no-
 uit filiū nisi p̄r: nō tñ a cognitiōe filiū vel ipse
 fili⁹ vel spūs sanctus excludit̄. Vñ etiā si dice-
 retur in euāgelio qd spūs sanctus nō p̄cedit ni-
 si a p̄re nō p̄ hoc remoueret̄ quin p̄cederet a
 filio: cum hoc p̄p̄rietati filiū nō repugnet.
 Nec est mirū si dñs spm̄ sanctū a p̄re p̄cede-
 re dixit de se mētiōe nō facta. qd oīa ad p̄rem
 referre solet a qd habet quicqd̄ habet. Sicut
 cū dicit Jo. vij. c. Beā doctrina nō est mea
 sed eius qd misit me p̄ris. Et multa h̄mōi in
 verbis dñi inueniunt̄ ad cōmendandā in pa-
 tre auctoritatē principij nec tñ in verbis alle-
 gatis omnino obicit̄ esse se spiritus sancti
 principij. Cum dixit cū spiritū veritatis et
 se prius dixerat veritatē. Preterea spiritus
 sanctus a filio mittitur fm̄ illud Jo. xv. ca.
 Cū venerit paracletus quē ego mittā vobis
 sed mittēs auctoritatē habet aliquē in missus
 Oportet ergo dicere qd filius habeat aliquā
 auctoritatē respectu spirit⁹ sancti: nō autē do-
 minij vel maioritatis: sed fm̄ soluz originē.
 Si qd autē obijceret qd fili⁹ mittit a spiritu
 sancto. qd dicit̄ Luce. iij. ca. qd dñs dixit in
 se impletū illud Esay. Spiritus dñi super
 me euāgelizare pauperib; misit me. Rīdes
 re possum⁹ qd filius a spū sancto mittit sc̄m
 naturā assumptā. Spiritus autē sanctus nō
 assumpsit naturā creatā. vt fm̄ eā possit dici
 missus a filio. vel filius habere auctoritatez
 respectu ipsius. Relinquit̄ ergo qd respectu

psonae eterne filius sup spiritū sanctū auctori-
 tate habeat. Ad secundū obiectū de Dama-
 sceno dicit sanctus tho. q. in hoc nō est audie-
 dus quous a quibusdā dicat q. sicut nō confitetur
 spū sanctū esse a filio: ita etiā nō negat ex vi
 verborū illoz. Ad terciū de pductione pfecta
 p̄ris dicit sanctus tho. q. p hoc q. spūs sanctus
 pfecte pcedit a p̄re: nō solū nō est supflūū di-
 cere q. pcedat a filio sed oīno necessariū. qz
 vna est virtus p̄ris et filij. Et quicquid est a p̄re
 necesse est esse a filio nisi p̄prietati filiatiōis
 repugnaret. nō enī fili⁹ est a seipso licet sit a p̄re.
 Igitur p̄r et fili⁹ sunt vnū principiū spūs san-
 cti ppter vnitatē diuine virtutis: et vna pduc-
 tione pducunt spiritū sanctū: sicut etiā tres
 psonae sunt vnū principiū creature: et vna
 actiōe creaturā pducūt. Tercia opinio de
 spū sancto dānata fuit aliquoz q. dixerūt: q.
 spūs sanctus nō sit eq̄lis p̄ri aut filio. Argue-
 bant vero sic. Dare se totū sine sui diminutio-
 ne est summe potētiae: hoc autē p̄r pater: hoc p̄r
 fili⁹: nō autē spūs sanctus: nō enī pōt generare
 filiū sic p̄r: nec p̄r spirare spū sanctū sicut pa-
 ter et fili⁹: ergo nō est illis eq̄lis. Ad hoc nō
 det Alex. in primo volumine summe. q. sicut
 eadē est potētia filij qua potuit generari q. est
 in patre qua potuit generare. Sic eadem est
 potētia spūs sancti q. p̄r dari. i. spirari qua pa-
 tris et filij q. pōt dare. i. spirare. Unū Aug⁹. li.
 p̄tra maximū inq̄r. Absit vt ideo sit potētior
 p̄r filio qz creatorē genuit pater. fili⁹ nō ge-
 nuit creatorē. Neqz enī nō potuit s; nō opor-
 tuit. i. nō ex impotētia fecit sed qz sibi nō pue-
 nichat. Similiter p̄r dici in pposito. Si ve-
 ro querat vtrū artata siue ligata sit potentia
 pducendi in psona spūs sancti. ppter hoc q.
 nō p̄r exire in actū pducēdi psonā sicut p̄r in
 patre et filio. Dicendū q. nō immo ex summa
 pfectione ip̄i potētiae est: qz nō p̄r exire i actū
 hmoi: qz nō cōgrueret. Unū Anselmus in mo-
 nologion ait. Qui p̄r qd sibi nō pdest et nō
 debet: tātomagis aduersitas et pueritas pōt
 in illū. Sanctus vero tho. p̄ma pte. q. xliij. di-
 cit. q. sicut eadē essentia q. in patre est paterni-
 tas: in filio est filiatio. ita eadē est potētia qua
 pater generat et qua fili⁹ generat. Unū verū
 est q. quicquid p̄r pater pōt fili⁹. Nō tñ sequit̄
 q. possit generare: nā generatio significat re-
 lationē in diuinis: habet ergo eandē potētia
 quā pater: sed cū alia relatōne. qz p̄r h; cā vt
 dāns. Et hoc significat cū dicit p̄r p̄r gene-
 rare: fili⁹ autē habet eā vt accipiēs. et hoc signi-
 ficatur cum dicit potest generari. Idem di-
 cendum est de spiritu sancto respectu patris
 et filij.

Quid sit missio in diuinis: et qualiter spi-
 ritus sanctus mittitur inuisibiliter et visibiliter: et
 de cōgruitate t̄pis quo spūs datus fuit apo-
 stolis in signo visibili.

Capitulum. ij.

Secundū mysteriū p̄templandū de spū
 sancto dicitur missionis. In quo tres
 cōsiderationes faciemus.

Prima dicitur quidditatis.

Secunda qualitatis.

Tercia temporalitatis.

Prima cōsideratio dicitur quidditatis: vbi qd
 sit missio i diuinis ē aperiendū. Ad qd ita ait
 Ricardus in p̄mo di. xv. Missio est p̄sonae
 emanātis vel emanatōis p̄sonae p aliqd sibi
 appropriatū actū vel habitu manifestatio. Nā
 missio respectu missi: duo h; ex suo intellectu
 emanationē et manifestationē p effectū. Unū
 Aug⁹. iij. li. de trini. inq̄r. Mitti est cogno-
 sci esse ab alio. Et qz pater a nullo ideo nūqz
 dicitur missus. Sed vt ista clari⁹ habeant tria
 in hac pte dubia sunt aperienda.

Prīmū vtrū sit ponere missionē in diuinis.

Scdm vtrū missio sit qd increatū vel creatū

Terciū vtrū missio dicat de deo ab eterno
 vel ex tpe vel vtroqz mō.

Ad primū dubiū rōdet scriptura sancta.
 Dicit enī ad Galathas. iij. c. Visit dicitur fili-
 um suū. Et ibidē. Visit de spiritū filij sui
 in corda v̄sa. Et Jo. iij. c. Nō enī misit deus
 filiū suū in mundū vt iudicet mundū. Et vi
 ca. Visit me v̄s p̄r. Et viij. ca. Qui misit
 me verax est. Et Jo. xvi. ca. Cū venerit para-
 clitus quē ego mittā vobis. Et qbus et simi-
 libus p̄r q. filius missus est etiā et spūs san-
 ctus. Cōtra hoc tñ quidā obijciunt. Primo
 qz q. mittit ab aliq. discedit ab eo et ad aliquē
 locū de nouo vadit: sed in diuinis nō p̄r esse
 loci mutatio cū de⁹ sit vbique: ergo in diuinis
 nō p̄r esse missio. Scdm omne qd mittit sepa-
 tur a mittēte: s; in diuinis nō est ponere sepa-
 tionē vni⁹ p̄sonae ab alia: ergo nec missionē.
 Tercio nihil p̄tinens ad inferioritatē et supe-
 rioritatē dicit de vna p̄sona respectu alteri⁹.
 Unde dicit Damascenus q. filius scdm q.
 deus nō dicitur obediēs vel inobediēs pa-
 tri: subiectozū enim est hoc. Cum ergo ille q.
 mittitur inquantū huius sit inferior q. ille q.
 mittit. et ille qui mittit sit superior: nō dicun-
 tur hmoi nōia mittere et mitti de vna p̄sona
 respectu alterius. Ad soluenda huiusmodi
 obiecta: notandum est scdm Bonauentū. in
 primo. dist. xv. q. missio in his inferioribus
 habet respectum ad tria. scilicet ad principiū
 um: ad terminū: et ad missum. Ad principiū

siue ad mittentē missio habet sub triplici ha-
bitudine cōparari. vtz vt ad dantē esse et sic
mittit radius a sole. **U**t ad dantē virtutē sic
mittit iaculū a plectore. **E**t vt ad dantē iuris
dictionē et sic mittit nunciū a pceptore.
Scđm oēm hanc pparationē est missio i di-
uinis: qz spūs sanct⁹ mittit a p̄re et filio tāqz
hūs esse et virtutē et auctoritatē i opando in
eis. **E**t iō missio scđm hūc respectū cōpletis-
sime est in diuinis. **S**ilr ad terminū sub ter-
cia habitudine cōparat. **M**ittit enī aliquid
alicubi vbi videlicet quierat vt lapis mit-
titur deorsum. **M**ittit etiā aliqd alicubi vt
a q̄ habeat: sic aliqs mittit alicui donū. **M**it-
titur insup ad aliqd qd opet: et sic mittit fili⁹
vel spūs sanct⁹ vt alicubi inhabitādū: vt ali-
cubi ad possidendū vt donū ad aliqd. s. ad ef-
fectū pferendū. **E**t iō missio p pparationē ad
terminū reperit p̄pletissime i diuinis multo
magis qz in creaturis. **S**i aut loquamur de
missione in pparatōe ad missus. **S**ic in his
inferioribz ponit triplicē pditionē imp̄fectio-
nis. s. sepationē: subiectionē: et mutationē. q̄
quidē nō sunt i diuinis. **E**st tñ aliqd p̄fectio-
nis ibi istis correspondēs. **E**t rō huius p̄z
sic. **I**n istis inferioribz sepat missus a mittē-
te: nā cū mitto aliquē Romā qz roma distat
a me ille quē mitto sepat a me. **I**n diuinis
vero qz de⁹ mittēs est vbiqz nulla ē distātia:
ideo nulla sepatio: loco tñ hū⁹ ē missi a mit-
tente egressio siue emanatio. **S**ilr in his in-
ferioribz est in misso subiectio ppter dīaz mit-
tentis ad missum: qz missus differt a mittē-
te in substantia. **S**ed in diuinis nō est sub-
stācialis dīa. **E**t iō oīa sunt equalis nobili-
tatis in misso et mittēte. **S**ic etiā in his in-
ferioribz est i misso mutatio ppter distātiā missi
a termino. **Q**uia vero i diuinis missus nul-
lo loco abest. iō nō est ibi mutatio: sed alicui⁹
effectus de nouo productio. hec **B**onauen.
Sanct⁹ vero tho. i. pte. q. xliij. eandē sniam
cōfirmās vt asserit: qz in rōne missionis duo
important. quoz vnū est habitudo missi ad
eū a q̄ mittit. **A**liud ē hīdudo missi ad termi-
nū ad quē mittit. **P**er h̄ autē qz aliqs mittit
ostendit p̄cessio quedā missi a mittēte vel fm
imperii: sicut dñs mittit seruū: vel fm p̄silia-
riū: vt si p̄siliari⁹ dicat mittere regē ad bellā-
dū. **U**el fm originē vt si dicat qz flos mittit
ab arboze. **O**stēdit etiā habitudo termini ad
quē mittit vt aliq̄ mō ibi esse incipiat. vel qz
p̄ri⁹ ibi oīno nō erat q̄ mittit. **U**el qz incipit
ibi aliq̄ mō esse quo p̄ri⁹ nō erat. **M**issio ḡ di-
uine p̄sone puenire p̄t fm qz importat ex na-
pte p̄cessionē originis a mittēte **E**t fm qz im-

portat ex alia pte nonū modū existendi in ali-
quo. **S**icut filius dī esse missus a p̄re in mū-
dum fm qz incipit ēē in mundo visibiliter p
carnē assumptā: et tñ antea in mundo erat: vt
dicat Jo. i. ca. **N**ō ponit ergo missio in diui-
nis q̄ sit fm mortū locale. **Q**uare nec ibi est se-
paratio s̄ sola distinctio originis. **N**eqz p̄-
eē minoratio cū nō sit a p̄ncipio mittēte: aut
fm imperiū aut fm p̄siliū: qz imperas est ma-
ior et cōsiliāns sapiētior. **E**t vt p̄dictū ē mis-
sio illa nō importat nisi p̄cessionē originis q̄
est fm equalitatē. **S**ecundū dubiū fuit vtrū
missio sit qd creatur vel increatū. **A**d qd ita
rūdet **A**lex. in p̄mo summe. **E**t missio siue di-
catur actiue de p̄re respectu filij: siue de patre
et filio respectu spūs sc̄i. **S**ine dicat passiue
de filio vel spū sc̄o est qd increatū et idē qd
de⁹. nā p̄cessio spūs sc̄i est ip̄e spūs sanctus
p̄cedēs. et sanctificatio spūs sc̄i est ip̄e spūs
sanct⁹ sanctificās. **S**z missio spūs sc̄i est et
p̄cessio a p̄re et filio ad sanctificandū creatur-
rā: vtrūqz autē ē qd increatū qd est spūs sanct⁹
ḡ missio q̄ spūs sanct⁹ ē missus est qd incre-
atū. **E**t eadē rōe missio q̄ fili⁹ mittit et quap̄
mittit. **T**erciū dubiū fuit vtrū missio dicat
de deo ex tpe vel ab eterno. **E**t rūdent docto-
res theologi qz dī ex tpe. **V**eruntū **A**lex. in
primo summe dicit qz in missione duo sunt.
Est enī ibi p̄ncipale significatū qd est qd in-
creatū. **E**t est ibi aliqd p̄notatū. s. effect⁹ i rō-
nali creatura qd est qd creatū. **N**ā missio est
p̄cessio alicui⁹ p̄sone manifestata i creatura:
vel manifestatio p̄cessionis eterne facta rō-
nali creature: rōne ḡ cōnotati qd ip̄ale est di-
citur missio ip̄alis. **S**ed sanct⁹ tho. in i. pte.
vbi. s. dicit. qz in his q̄ importat originē di-
uinarū p̄sonarū est quedā dīa attendenda.
Quedā enī in sua significatōe importat solā
habitudinē ad principiū vt p̄cessio et exitus
Quedā vero cū habitudine ad principiū de-
terminant p̄cessionis terminū. **Q**uorū que-
dam determināt terminū eternū: sicut genera-
tio et spiratio. nā generatio est p̄cessio diuine
p̄sone in naturā diuinā. **E**t spiratio passiue
accepta importat p̄cessionem amoris subsi-
stentis. **Q**uedā vero cū habitudine ad prin-
cipiū importat terminū temporale: sicut mis-
sio et datio. **M**ittit enī aliquid ad hoc vt
in aliquo sit et datur ad hoc vt habeat. **P**er-
sonā autē diuinā haberi ab aliqua creatura
vel esse nouo mō existendi in ea est quoddā
ip̄ale. **U**n missio et datio in diuinis dicunt
ip̄aliter tñ. **G**eneratio autē spiratio solū ab
eterno. **P**rocessio autē et exitus dicunt in di-
uinis eternaliter et temporaliter. **N**ā fili⁹ ab

eterno processit ut sit deus: tpaliter autem sit hō
fm pmissione visibilē: vel sit in hoīe scōm
missione inuisibilem.

De tpe die et hora missionis spūs sancti.

Secūda p̄sideratio de missione spūs san
cti dī tpalitatē. In qua quo tpe missus fuit
aplis ponderare debem⁹. Nā quinq̄ gesima
die post xpi resurrectionē mysteriū istud fuit
celebratū. Et hoc quidē p̄grue factū esse con
stat. Tū qz in veteri testamēto sic fuerat figu
ratū: dū quinq̄ gesima die postq̄ moyses edu
xerat filios isrl de egypto: descendit de⁹ i igne
in mōte synai. Sic quinq̄ gesima die postq̄
xps traxerat p̄ses de inferis: descendit spirit⁹
sanctus in linguis igneis. Tū etiā vī q̄ in iu
bileo bñficia p̄ls accipiebat data fuisse mul
to copiosiora in xpm credentib⁹ a spūs sancto
noscant. Ut ei colligit ex. xxx. ca. Leuit. nu
mero quinq̄ genario annorū in iubileo debi
ta remittebant. Ita spūs sancti grā i aposto
los descendētis penitētib⁹ peccata et debita
remittunt. Sicut in illo iubileo serui dona
bant libertati. Ita nunc spūs sanct⁹ liberat a
seruitute diaboli in spem glorie filiorū dei.
Adhuc in illo iubileo recuperabant heredi
tates amisse. Sic spūs sanct⁹ est pignus he
reditatis nr̄e. Vt etiā spūs sanct⁹ in die dñi
ca ut esset dies renouatōis q̄ fuerat et creatio
nis. Dñica nāqz die creat⁹ est mundus. Po
ra adhuc q̄ spūs sanct⁹ in aplos descendit fu
it tertia: ut p̄t ex auctoritate ecclesie q̄ cantat
in hymno. Dū hora cūctis tertia repēte mū
dus in tonat: orantib⁹ aplis deū venisse nūci
at. Idipm habet ex verbo petri Act. ij. c. Fu
it aut ista hora pueniens. Tū qz spūs sanctus
est tertia in trinitate psona. tū qz primi parē
tes dicunt in hora tertia p̄didisse gratias: ut
ponit in p̄pendio theologie li. i. vñ cōueni
ens fuit qz eadē hora aplis redderet. Tū etiā
ut insinuet qz in tertia tpe grā dei copiose in
mundū effusa ē. Nā gen⁹ humanū sub tripli
ci statu decurrere ponit a doctorib⁹. Prim⁹
legis nature ab adā vsqz ad moysen. Secun
dus fuit legis scripte: a moise vsqz ad xpm.
Tercius legis gratie: a xpo vsqz ad cōpletū
num⁹ electorū. Tercia p̄sideratio de mis
sione spūs sc̄i dī qlitatē. Duplex est missio
spūs sancti: vna inuisibilis q̄ mittit i mentē
ad sanctificandū creaturā: et ista missio fit ad
inhabitationē creature rōalis. Alia ē missio
visibilis sicut apparuit sup xpm i colūbe spe
cie: et sup aplos in linguis igneis. Qui spiri
tū sanctū inuisibiliter h̄re cupit op⁹ est ut se
cōformet aplis in qbus septē p̄ditōes descri
buntur fuisse. Prima cōditio fuit qz erat aio

quieti. Et hoc est qd dicit Act. ij. ca. Dū cō
plerent dies penthecostes. i. dies requietōis
Illud enī festū erat ad requiē deputatū. Iō
dixit deus p̄ Esa. ca. lx. Sup quē requiesceret
spūs meus nisi sup humilē et quietū. Secūdo
erāt apli dilectōe vniti: qd notat cū dī. Erāt
oēs pariter. Erāt quidē eis cor vnum et aīa
vna. Sicut enī spūs hoīs nō viuificat mem
bra corpis nisi vnita. Sic nec spūs sanctus
mēbra spūalia. Tercio erāt apli loco secreti:
de h̄ subdit in eodē loco. i. i cenaculo. Quar
to erāt orōni assidui. iō subdit. Erant p̄seu
rantes vnanimiter in orōne: de illis cātat ec
clesia. Orantib⁹ aplis deū venisse nunciat.
Quinto erāt humilitate p̄diti ex eo qz scribi
tur qz erāt sedētes. i. h̄uiles. Sexto erāt pace
cōiuncti qz erāt in hierlm q̄ interpretat visio
pacis. Septimo erāt p̄emplatōe erecti: p̄ h̄
qz dicit. qz receperūt spiritū sanctū i supiori
cenaculo. Qualiter autē missio illa visibilis
in aplos fuerit cōpleta declarat Act. ij. c. vbi
dicit. Fact⁹ est repēte de celo son⁹ tāqz adue
nientis spūs vehemētis et repleuit totā do
mū vbi erāt sedētes. Nicolaus de lira. seden
tes. i. manētes eo mō q̄ dicit in Deutro. ca. i.
Sedistis in cades b̄ arne multo tpe. i. mansi
stis. Nā apli tūc erāt in orōne q̄ nō fit sedēdo
sed magis flectēdo genua vel stando. Insup
Luc. vlti. xps dixerat eis. Sedete in ciuita
te. i. manete q̄usqz in duamini virtute ex alto
Et apparuerūt illis dispartite lingue tanq̄
ignis: seditqz sup singulos eorū et repleti sunt
oēs spū sc̄o. S3 postq̄ aliqz q̄rere an apli aū
istā diē acceperant spiritū sanctū. Et r̄ndent
doctores qz sic s3 nō i tāta copia. Tū enī fue
rūt vocati ad xpi sequelā et apostolatū recepe
rūt spiritū sanctū ad p̄iā iustificatiōis et p̄so
nalē p̄fectionē. Quā aut misit eos ad p̄dicandū
aū suā passiōē tūc receperūt spiritū san
ctū ad infirmorū curationē: et miraculorū ope
rationē. Dedit nāqz potestātē illis curadi lā
guores: eijcēdi demones. Sicut p̄t Mat.
x. ca. Sed qm̄ insusflauit et dixit eis. Accipi
te spiritū sanctū: tūc receperūt eū ad peccato
rū remissionē et sacramentorū ministratiōē.
Et ut refert Aug⁹. iij. li. de trini. Fla tus il
le corpore⁹ substantia spūs sancti nō fuit sed
demonstratio p̄ cōgruam significatiōē nō
tm̄ a patre sed a filio p̄cedere spiritū sanctū.
Et spiritus sanct⁹ ibi nō accipit put est ter
cia in trinitate psona: sed pro dono spiritus
sancti: ut sit sensus. Accipite spiritū sanctū. i.
donū spiritus sancti prout exponit Philip
pus de mōte calerio in euangelio Johānis
Istā vero diē apli receperūt spiritū sanctū ad

habendā intelligentiā scripturarū vt declarabim⁹ i sequēti mysterio. et noticiā oīm linguarū ad audaciā et fortitudinē: ad oīm mentorū plenitudinē: ad predicationē euāgelij: ad tolerationē martyrij: ad persionē populorū et coruscationē miraculorū. Ergo repleti sunt nō solū plenitudinē sufficiētie sed etiā plenitudinē redundantie.

Quod apli faciēte spū sancto loquebant varijs linguis et acceperūt sciām diuinārū rerū atq; fortes facti fuerūt vt nō timerēt cruciat⁹ neas mortē.

Capitulū. iij.

Terciu⁹ mysteriū ptemplandū de spū scō dī operatōnis. Inter cetera q̄pe stupēda q̄ i aplis est opatus: sunt p̄cipua et singularissima tria.

Primū fuit locutio.

Secundū illustratio.

Tercium fortificatio.

Primū opus mirabile fuit locutio: nā statim fecit illos loq̄ ideomata oīm gentiū q̄ tū antea nō didicerāt. Et licz quidā dicere voluerūt: q̄ apli lingua p̄pria loquētes intelligebant ab audientib⁹ ac si eorū ideomata pferrent. Tū verior ē snia illoz q̄ tenēt q̄ ipi apli varia linguarū genera p spiritū sanctū didicerūt. Un⁹ ecclesia de ipis cantat. Linguis loquunt oīm turbe pauēt gentiliū: multo mādere deputāt quos spūs replenerat. Et Act. ij. c. scribit. Acceperūt loqui varijs linguis: p̄ ut spūs sanctus dabat eloqui illis. Erāt aut in hierlīm habitātes iudei viri religiosi. i. in cultu diuino deuoti fm̄ Nico. de lira. ex oī natione q̄ sub celo est. q̄ cōuenerant in hierusalem rōne festi. Nā iudei captiuati p Salma nassar regē assiriorū nō redierūt in iudeā. Si militer captiuati p regē chaldeorū nō redierūt oēs: q̄uis haberēt licentiā redeundi sed remanserūt multi amore filiorū q̄s genuerant ibi et possessionū q̄s acquisierāt. Multi adhuc captiuati p Antiochū regē grecorū et diuersis gentib⁹ venditi remanserūt. Verū tū aliq̄ eorū magis deuoti ppter reuerentiā tēpli aliq̄ in hierlīm maxime in solennitatib⁹ magnis quarū vna erat solēnitas penthecostes. Et dicūt penthecostes a pentha qd̄ est quinq; et coste qd̄ est decē. Quinquagesima nāq; die a pascha celeberrima erat apud iudeos in memoriā bñficij legis date q̄ fuit data in mōre synai q̄nquagesima die vt sup̄ius taceū est: postq̄ filij israel egressi sūt de egypto. Facta igit̄ hac voce. i. spūs vehemētis vel vēti vel tonitruī q̄ ab alijs audita fuit. vel apostolorū et aliorū cū eis existentū deū voce magna laudantiū qui prius timore ducti nō au-

debāt loqui: puenit multitudo et mēte pfusa est. i. stupefacta: qm̄ audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquētes: dicebāt aut cū admiratōe. Nōne ecce oēs isti qui loquunt galici sunt? Et quōd nos audiuimus vnusq; linguam nostrā in qua nati sum⁹. Parthi et medi et belamite et qui habitant mesopotamiā iudeā et capadociā pontū et asiam: frigias et pampiliā. egyptū et p̄tes libie q̄ est circa ci renē et aduene romani. Et dicuntur hic romani aduene potius q̄ alijs. tū qz a remotioribus p̄tibus venerūt: tū qz mare transierāt. Iudei q̄s et p̄seliti. i. p̄uersi de gētilitate ad iudaismū. Arctes et arabes audiuimus eos loquētes n̄ris linguis magnalia dei. Alij autē irridētes dicebāt. qz multo pleni sunt. p̄ q̄bus cātat ecclesia. Nūsto mādere deputāt q̄s spūs replenerat. Tū petrus veritatē rei p̄ scripturas declarauit. Et illa die appositae sunt. i. baptizati et ad numerū fideliū p̄gregate aīe circiter tria milia. Secundū op⁹ mirabile qd̄ spūs sanct⁹ in aplis fuit opatus illustratio dī. Nā intellectū eorū illuminauit. vt de diuinis q̄ ad salutē sunt necessaria nihil penit⁹ ignorarēt: hoc p̄miserat eis x̄ps cū dixit Jo. xiiij. c. Paraclit⁹ aut spūs sanct⁹ quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oīa et suggeret vobis oīa quēcūq; dixerō vobis. Et. xvi. c. Tū venerit ille spūs veritatis docebit vos oēm veritatē. Et Luc. xxi. c. Ego dabo vobis os et sapiām cui nō poterūt r̄dicere aduersarij v̄ri. Res est p̄fecto stupēda q̄ tā celeriter absq; doctore spūs sc̄i sola p̄ntia noticiā apli plenissimā acceperūt de oībus q̄ a moīse et p̄phetis fuerāt cōscripta. Dñe P̄iero. ad Paulinū ait. Pharisei stupent in doctrina dñi et mirant in petro et Iohanne quōd legē sciāt cū līteras nō didicerint. Quicquid enī alijs exercitatio et quotidiana in lege dñi meditatio tribuere solet illis spiritus sanctus suggerebat et erant iuxta qd̄ scriptū est docibiles deo. Quinimmo de secretis diuinis magis fuerūt illuminati q̄s p̄phete veteris testamenti: et in maiori plenitudine gratiam spiritus sancti receperūt: atq; donū p̄phetandi excellentius habuerūt. Ex aut apostoli p̄phetie munere fuerunt p̄dicti. patet Act. ij. ca. v. ca. vi. ca. xi. ca. xij. ca. xvij. ca. Tanta aut fuit in illis vis doctrine q̄ in omnes gentes et nationes mundi p̄ eos lux veritatis effulsit. Terciu⁹ opus mirabile qd̄ spiritus sanctus operat⁹ est in apostolis dicitur fortificatio. qz corda eorū adeo fortificauit: vt nullo timore: nullo terrore: nullaq; cōminatione a x̄pi predicationē retardarentur.

Ideo in sermone qui legi in officio aploz.
Grego. ait. Scriptum est. spiritus dñi orauit
celos: ornamēta enī celoz sunt virtutes p̄di-
cantū. Que vīz ornamēta Paulus enu-
merat dicens. Alij dat p̄ spiritū sermo sapie.
Alij sermo sciētīe fm eundē spiritū. Alij fi-
des in eodē spū. Alij gratia sanitatū in vno
spū. Et infra. Quot sunt bona p̄dicantū tot
ornamēta celoz. Dinc rursū scriptum est.
Verbo dñi celi firmati sunt et spū oris eius
oīs virtus eoz. Verbu enī dñi est fili p̄ris.
Sed eodē celos vīz sanctos aplos vt tota
simul trinitas ostendat opata repēte de san-
cti spūs diuinitate adiungit. Et spū oris ei
oīs virtus eoz. Celoz igit virtus de spiritu
sumpta est qz mūdi hui⁹ potestatibz cōtrarie
nō plumerent nisi eos sancti spūs fortitudo
solidasset. Quales nāqz doctores sancte eccle-
sie aī aduentū hui⁹ spūs fuerint scim⁹: et post
aduentū illius cuius fortitudinis facti sunt
cōspicimus. Terre ip̄e pastor ecclesie. Petr⁹
q̄te debilitatis quāteqz formidinis ante ad-
uentū hui⁹ spūs fuerit ancilla ostiaria requi-
sita dicat. vna enī mulieris voce pcussus: dñi
mori timuit vitam negauit. Et tūc Petrus
negauit in terra: cum latro confitebatur in
cruce. Sed vir iste tante formidinis qualis
post aduentū spūs existat audiam⁹. Fit puē-
tus magistratū atqz senioz: celsis denuncia-
tur aplis ne in noīe iesu loqui debeat. Petr⁹
magna auctoritate rñdit. Obedire oportet
deo magis q̄z hoībus. Et rursū. Si in cō-
spectu dñi iustū est vos pot⁹ audire q̄z deū:
iudicate: libens beatus Andreas p̄secutori-
bus suis rñdit. Tāto enī ero regi meo p̄acce-
ptioz quāto p̄ ei⁹ noīe fuero pmanēs in tor-
mentis cōstantior. Nō enī possum⁹ q̄ audiui
mus et vidim⁹ nō loqui. Et illi quidē ibant
gaudēs a cōspectu cōsiliū qm̄ digni habitū
sunt p̄ noīe iesu p̄tūmeliā pati. hec ille. Se-
curus et gaudēs ad crucē p̄perauit petr⁹ ita
et frater eius andreas. qz spūs sanct⁹ erat in
eis. Sicut apli ceteri mortē violentā letātē
tulerūt. qz spūs sanct⁹ oēm ab eis timorē eie-
cerat. Nec tñ aplis hec fortitudo supnatū-
raliter tributa ē. Quinimmo et sanctis vt sic
dicā innumeris p̄fessoribz. virgīnibz. et mar-
tyribz. Quis nā fecit tpaliū bonoz p̄ptor-
es eos q̄ xpm̄ nudū nudi secuti sunt nisi spi-
ritus sanct⁹? Quis habitare fecit in solitudi-
ne in spelūcis amicos dei vigilātes orātes.
et carnē dulcissimā ieiunijs disciplinis et ver-
beribz affligētes: nisi spūs sanct⁹? Quis de-
niqz fecit martyres aio ītrepido tot illata tor-
mēta et exq̄lissima cruciatū genera p̄peti

nisi spūs sanct⁹? Ubi admirari plurimū si-
mul et in fide p̄solidari debem⁹ dñi sup̄dicta
oīa in sexu fragili muliez inueniri p̄spicim⁹
P̄ vere stupenda virt⁹ spūs sc̄ti q̄ tot hoīes
sup̄ hoīes eleuauit. O grā dei electis copio-
sissime dispēsa q̄ terrenos hoīes celestes ef-
fecit. O fons indeficiēs bonitat⁹ dei ad quē
cūcti mortales cōfugere securi debēt. qm̄ vt
inqt̄ **Lyprian⁹** in eplā ad **Donatū**. Proflu-
ens largiter spūs nullis finibz p̄mit. nec vl-
lis cohercentibz claustris intra certa metaz
spacia refrenat. Danat igit: exuberat af-
fluenter: nostrū tantū pectus siciat et pateat.
Quantū illuciliū capacis afferim⁹ tñ inde
gratie inundātis haurim⁹. hec ille. **Suppli-**
ci corde igit postulem⁹ vt p̄ssimus de spū
sancto suo repleat corda n̄ra. Qui sic benedi-
ctus in secula seculoz. Amen.

Sermo vigesimusprim⁹ de beatitudine
sanctoz in q̄ cōfatur fatuitas hoīm mūda-
norū qui nō credūt aliqd de vita futura



Merces vestra co

piofa est in celis. Verba sunt res-
demptoris n̄ri originaliter mat-
thei. v. c. Tanta est quorundā stulticia vt ar-
bitrentur nulla esse bona p̄ter ea que in p̄nti
vita a p̄ssimo deo vsibz humanis cōcedun-
tur. Nil credunt: nil cogitant. Nihil deniqz
sperant: de futura celestis regni hereditate.
Somnū putāt immo fictionē et fabulā: quic-
quid fm̄ omnē veritatē de sanctoz beatitu-
dine p̄clamatur. Hi omnē diligentiā adhi-
bent: vt corporeis sensibz in suis delectatio-
bus voluptuosis satiffiat. Animā vero vir-
tutibz honestisqz moribz instruere et negligūt
et cōtemnunt. Propterea equū esse censui si
in p̄nti sermone de beatitudine verba fecero.
Nam illā cuncti desiderare debēt que meri-
to p̄ponenda est oībus que ab hoīe p̄cio ha-
beri solēt: de hac quilibet iustus atqz fidelis
asserit illud Sapie. ca. vii. P̄posui illā re-
gnis et sedibz. et diuitias nihil esse dixi in cō-
paratione illius: nec cōparauī illi lapidē pre-
ciosum: qm̄ oē aurū in cōparatione illius ha-
rena est exigua: et tanqz lutū existimabit ar-
gentū in cōspectu illius. Sup̄ salutē et spēm
dilecti eā: et p̄posui p̄ luce habere illā qm̄ in-
extinguibile est lumen illius: venerūt autem
mibi oīa bona pariter cū illa. Ut igit dispo-
namus ea q̄ tractaturi sumus ordine debito
beatitudinisqz laudes mirificētissimas cō-
plectamur q̄ copiosa merces a n̄ro saluatore
merito nuncupat: de ip̄a tria mysteria princī-
palia proponemus cōtemplanda.